



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

§. 101. Secundum Concilium Mediolanense a sancto Carolo Borromæo
indictum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

Sæcul. XVI.
A.C. 1569.

§. CI.

*Secundum Concilium Mediolanense
Sancto Carolo Borromæo inditum.*

Postquam Sanctus Carolus Borromæus
Mediolanensis Archiepiscopus re-
motissimos Diæcesis suæ fines iultrave-
rat, atque anno priori Humiliatorum
Ordinem ad veterem disciplinam revo-
caverat, unice eo intentus erat, ut se-
cundam Synodum cum universo suo
Clero celebraret, hacque ratione ex-
acte exequeretur decreta Tridentini Con-
cilio, quod singulis trienniis Provinci-
alem Synodum cum suis Episcopis Sul-
fraganeis haberi, Metropolitanis injun-
xit: itaque evolutis a prima sua Syno-
do tribus annis secundum Concilium
cogere paravit, illudque die sexta Mar-
tii hoc anno datis literis indixit, ac pro
eo celebrando diem præfixit vige-
simam quartam Aprilis. In sua epistola
omnes Provinciæ suæ Episcopos hortan-
batur, ut ad hanc Synodum conven-
rent, nisi saltem legitima ex causa præ-
pediantur, ubi postea hæc subiungit:
*Monemus præterea, ac per viscera
Christi Domini hortamur omnes provinciam
nostræ fideles, ut assiduis precibus, re-
quisque Christianæ pietatis officiis a Deo
misericordiarum, & Patre totius consolati-
onis, nobis negotium tam salutare tre-*

stantibus auxilium implorent, quo facilius nos, ejus ope adjuti, in conspectu animi habentes exemplum gravissimæ, & sanctissimæ disciplinæ, quæcunque ad eam restituendam accommodata, necessariaque sunt, ea sine ullis hæsitacionibus decernamus, tum ad Dei ipsius Gloriam, tum ad eorum, qui in nostra fide, curaque conquiescunt, salutem.

Pariter iisdem Episcopis injunxit, ut quilibet ex sua Diæcesi deputaret duos Ecclesiasticos doctrina, morumque integritate conspicuos, qui in cunctos abusus, & corruptelas inquirant, easque Concilii tempore coram ipso denuntient: idem quoque a Synodicis testibus fieri voluit, ut per ipsorum inquisitiones de cujuslibet Diæcesis statu certior fieret, & decreta, per quæ ejusmodi abusibus remedium opponatur, sanciri valeant: insuper præcepit, ut populus die Dominica ante Concilii celebrationem sacram Synaxin sumeret, atque Ecclesiam Metropolitanam accedens pro felici successu Deum exoraret, quem in finem in Parochiis publicas supplicationes institui jussit.

§. CII.

Hujus Concilii decreta circa disciplinam.

Hujus

Sæcul. XVI.
A.C. 1569